R. 36.150 R.D.23

EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. D. FRANCISCO DE BORJA ALVAREZ DE TOLEDO,

OSSORIO, GONZAGA, CARACCIOLO, PEREZ DE GUZMAN EL BUENO, ARAGON, ET MONCADA, FAXARDO, REQUESENS, LUNA, CARDONA, PORTUGAL, SILVA, ET MENDOZA, DUCI DE MEDINA SIDONIA, MARCHIONI DE VILLAFRANCA, COMITI DE OROPESA, MARCHIONI DE VILLANUEVA DE BALDUEZA, DUCI DE FERNANDINA, COMITI DE PEÑA-RAMIRO, COMITI DE NIEBLA, DUCI DE HUESCAR, COMITI DE ALCAUDETE &c. &c. &c.

DOMINO, AC MECÆNATI INDULGENTISSIMO,

PROVINCIA PRÆDICATORUM BOETICA RECURRENTIBUS COMITIORUM PROVINCIALIUM FERIIS, PATRONO SUO BENEFICENTISSIMO,

SUBJECTAS PROPOSITIONES THEOLOGICAS

AD MENTEM D. THOMÆ (QQ. CENTESSIMA OCTUAGESSIMA OCTAVA, ET CENTESSIMA OCTUAGESSIMA nona secundæ secundæ p.) propugnandas, cum Religiossisima Votorum nuncupatione pro perpetua Guzmanæ Gentis incolumitate, submissa devotione sacrat.

1... Non una tantùm, sed multiplex in Ecclesia Religio est.
2... Nec earum multitudo ullum Reipublicæ, aut Ecclesiæ detrimentum parit.
3... Hujus autem diversitas ex diversitate finium, aut mediorum pensatur.
4... Opportuit aliquam, vel aliquas ad opera activæ vitæ destinari.
5... Potuerunt etiam aliquæ ad militandum institui.
6... Potissimè verò debuerunt esse aliquæ ad salutem animarum per doctrinam, et prædicationem procurandam.
7... Expediens etiam est si aliqua ordinetur ad studendum.
8... Habere reditus, et proventus in communi, quibus humanis necessitatibus subveniatur, nil derogat perfectioni, ad quam Religiones communi obligatione tenentur.
9... Nihil item derogat publicæ populorum felicitati.
10. Immò potiùs si peculiares cujusque Religionis fines attendamus, nonnullæ profectò sunt, quæ tanto melius ad perfectionem attingent, tantoque Reipublicæ utiliores erunt, quanto magis proventibus abundent.
11. Vita solitaria, si rectè instituatur, melior; socialis autem in Religione securior.
12. Neutra tamen qualis in Ecclesia viget, aut naturæ jura propter austeritatem, aut societatis officia propter otium lædit.
13. Potest laudabilitèr Christianus quilibet (aliàs non impeditus) voto se obstringere ad Religionis ingressum.
14. Votum hoc, ejusque fidelis executio maxima Rei Christianæ, et publicæ commoda, et ornamenta confert.
15. Qui autem se voto obstringit tenetur juxta tenorem Voti Religionem intrare.
16. Pueri ad Religiosam Professionem admitti non possunt ante ætatem à Tridentina Synodo præscriptam.
17. Ad Habitum veró admitti poterunt si ad annos pubertatis pervenerint, quin possint à Parentibus revocari.
18. Transitus de una ad aliam Religionem illicitus est, nisi et gravis causa, et legitima interveniat auctoritas.
19. Inducere ad Religionem (modò violentia, fraus, et simonia absint) laudabile, et meritorium est.
20. Ingressus in Religionem non est ex his rebus, in quibus, et multorum consilia, et diutinam deliberationem adhibère cogamur.

Defensabuntur in hoc S. Pauli Reg. Hispalensi Cœnobio [illegible] Fr. Didaco Ariza Artium Lectore sub præsidio R. P. Fr. Leonardi Romero Sacræ Theologiæ [illegible] Professoris die 27 Septembris ann. 1801 vesperè.

HISPALI: APUD VIDUAM VAZQUEZII, ET SOCIUM.

R. 36.150 F.D. 23



EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. D. FRANCISCO DE BORJA ALVAREZ DE TOLEDO,

OSSORIO, GONZAGA, [illegible] CARACCIOLO, PEREZ DE GUZMAN EL BUENO, ARAGON, ET MONCADA, FAXARDO, REQUESENS, LUNA, CARDONA, PORTUGAL, SILVA, ET MENDOZA, DUCI DE MEDINA SIDONIA, MARCHIONI DE VILLAFRANCA, COMITI DE OROPESA, MARCHIONI DE VILLANUEVA DE BALDUEZA, DUCI DE FERNANDINA, COMITI DE PEÑA-RAMIRO, COMITI DE NIEBLA, DUCI DE HUESCAR, COMITI DE ALCAUDETE &c. &c. &c.

DOMINO, AC MECÆNATI INDULGENTISSIMO,

PROVINCIA PRÆDICATORUM BOETICA RECURRENTIBUS COMITIORUM PROVINCIALIUM FERIIS, PATRONO SUO BENEFICENTISSIMO,

SUBJECTAS PROPOSITIONES THEOLOGICAS

AD MENTEM D. THOMÆ (QQ. CENTESSIMA OCTUAGESSIMA OCTAVA, ET CENTESSIMA OCTUAGESSIMA nona secundæ secundæ p.) propugnandas, cum Religiossisima Votorum nuncupatione pro perpetua Guzmanæ Gentis incolumitate, submissa devotione sacrat.

1... Non una tantùm, sed multiplex in Ecclesia Religio est.
2... Nec earum multitudo ullum Reipublicæ, aut Ecclesiæ detrimentum parit.
3... Hujus autem diversitas ex diversitate finium, aut mediorum pensatur.
4... Opportuit aliquam, vel aliquas ad opera activæ vitæ destinari.
5... Potuerunt etiam aliquæ ad militandum institui.
6... Potissimè verò debuerunt esse aliquæ ad salutem animarum per doctrinam, et prædicationem procurandam.
7... Expediens etiam est si aliqua ordinetur ad studendum.
8... Habere reditus, et proventus in communi, quibus humanis necessitatibus subveniatur, nil derogat perfectioni, ad quam Religiones communi obligatione tenentur.
9... Nihil item derogat publicæ populorum felicitati.
10. Immò potiùs si peculiares cujusque Religionis fines attendamus, nonnullæ profectò sunt, quæ tanto melius ad perfectionem attingent, tantoque Reipublicæ utiliores erunt, quanto magis proventibus abundent.
11. Vita solitaria, si rectè instituatur, melior; socialis autem in Religione securior.
12. Neutra tamen qualis in Ecclesia viget, aut naturæ jura propter austeritatem, aut societatis officia propter otium lædit.
13. Potest laudabilitèr Christianus quilibet (aliàs non impeditus) voto se obstringere ad Religionis ingressum.
14. Votum hoc, ejusque fidelis executio maxima Rei Christianæ, et publicæ commoda, et ornamenta confert.
15. Qui autem se voto obstringit tenetur juxta tenorem Voti Religionem intrare.
16. Pueri ad Religiosam Profesionem admitti non possunt ante ætatem à Tridentina Synodo præscriptam.
17. Ad Habitum verò admitti poterunt si ad annos pubertatis pervenerint, quin possint à Parentibus revocari.
18. Transitus de una ad aliam Religionem illicitus est, nisi et gravis causa, et legitima interveniat auctoritas.
19. Inducere ad Religionem (modò violentia, fraus, et simonia absint) laudabile, et meritorium est.
20. Ingressus in Religionem non est ex his rebus, in quibus, et multorum consilia, et diutinam deliberationem adhibère cogamur.

Defensabuntur in hoc S. Pauli Reg. Hispalensi Cœnobio à P. Fr. Didaco Ariza *Artium Lectore sub præsidio R. P. Fr.* Leonardi Romero *Sacræ Theologiæ in eodem Reg. Conv. Professoris die 27 Septembris ann. 1801 vesperè.*

HISPALI : APUD VIDUAM VAZQUEZII, ET SOCIUM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
— GRANADA —
Sala C
Estante 50
Número 45(55)

C
001
040 (25)

22